



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 72. Caput II. De limitata potestate Episcoporum in partibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1551.

§. LXXII.

## CAPUT II.

*De limitata potestate Episcoporum in partibus.*

„Quoniam vero nonnulli Episcopi Ec-  
„clesiarum, quæ in partibus infi-  
„delium consistunt, Clero carentes, &  
„populo Christiano, cum fere vaga-  
„bundi sint, & permanentem Sedem  
„non habeant, non quæ Jesu Christi,  
„sed alienas oves incio proprio Pastro-  
„re quærentes, dum per hanc Sanctam  
„Synodum se pontificalia officia in al-  
„terius diœcesi, nisi de loci Ordinarii  
„expressa licentia, & in personas eidem  
„Ordinario subjectas tantum, exercere  
„prohibitos vident; in legis fraudem &  
„contemptum, quasi Episcopalem Ca-  
„thedram in loco nullius Diœcesis sua  
„temeritate eligunt, & quoscunque ad  
„se venientes, etiam si suorum Episco-  
„porum, seu prælatorum literas com-  
„mendatitias non habeant, Clericali  
„charactere insignire, & ad Sacros  
„etiam presbyteratus Ordines promove-  
„re præsumunt, quo plerumque fit,  
„ut minus idonei, & rudes, ac ignari,  
„& qui a suo Episcopo tanquam inha-  
„biles, & indigni rejecti fuerunt, ordi-  
„nati, nec divina officia peragere, nec  
„Ecclesiastica Sacramenta recte valeant  
„mi-



„ministrare: nemo Episcoporum, qui <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 „titulares vocantur, etiamsi in loco <sup>A.C. 1551.</sup>  
 „nullius Diœcesis, etiam exempto, aut  
 „aliquo monasterio cujusvis Ordinis re-  
 „sederint, aut moram traxerint, vi-  
 „gore cujusvis privilegii sibi de promo-  
 „vendo quoscunque ad se venientes pro  
 „tempore concessi, alterius subditum,  
 „etiam prætextu familiaritatis & conti-  
 „nuæ commensalitatæ suæ, absque sui  
 „proprii prælati expresso consensu, aut  
 „literis dimissoriis, ad aliquos Sacros,  
 „aut minores Ordines, vel primam ton-  
 „suram promovere, seu ordinare valeat.  
 „Contra faciens ab exercitio Pontifica-  
 „lium per annum; taliter vero promo-  
 „tus, ab executione Ordinum sic sus-  
 „ceptorum, donec suo Prælato visum  
 „fuerit, ipso jure sint suspensi.

Hi Episcopi, quos *titulares* vocant,  
 hac potestate utebantur suffulti privile-  
 gio a Papa ipsis concessio, vi cujus sin-  
 gulis ad eos venientibus Sacros Ordi-  
 nes conferendi facultatem habebant.  
 Porro id in hoc capite fuit prohibitum,  
 ea lege, ne ob Sedis Apostolicæ reve-  
 rentiam ejusmodi Privilegii Auctor no-  
 minaretur. Equidem saniores Episco-  
 pi probe perspexerant, quod cuncta hæc  
 nec robur, nec firmitatem sint obten-  
 tura, potissimum eo nomine, quod  
 juxta Juris Canonici peritorum decla-  
 rationem



Sæcul. XVI. rationem concessiones, ac privilegia a  
A.C. 1551. Pontificibus data nunquam generalibus  
 vocibus comprehendantur, nisi saltem  
 illorum distincta, ac specialis fiat men-  
 tio. Nihilominus ob virium imbecilli-  
 tatem aquieverunt, spe freti, se pro-  
 gressu temporis ampliora impetraturos.

## §. LXXIII.

## CAPUT III.

*De Clericis ab alieno Episcopo ad  
Ordines promotis.*

„Episcopus suos Clericos, præsertim  
 „in sacris constitutos, absque suo  
 „præcedenti examine, & commenda-  
 „titiis literis, quacunque auctoritate  
 „promotos, licet tanquam habiles ab  
 „eo, a quo ordinati sunt, probatos,  
 „quos tamen ad divina officia celebra-  
 „nda, seu Ecclesiastica Sacramenta mi-  
 „nistranda minus idoneos, & capaces  
 „repererit, a susceptorum Ordinum  
 „exercitio ad tempus, de quo ei vi-  
 „debitur, suspendere, & illis, ne inal-  
 „tari, aut aliquo Ordine ministrent,  
 „interdicere possit.

## §. LXXIV.

## CAPUT IV.

*De Episcoporum jure corrigendi Cle-  
ricos.*

„Omnes